Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26154
Copyright: Admont, Benediktinerstift



P paulū dicit. Remissas manus. & dissoluta genua eri
gite. & gressus rectos facite pedib⁹ uestris. Aqua g̊ ad
genua per uenit. cū nos percepta sapientia ꝑfecte
ad boni operis rectitudinē stringit. Qui iterū metit
mille. I propheta ꝑ aquā usq; ad renes ducit. quia
uidelicet tunc in nobis plenitudo operis excrescit.
quando in nobis ꝑcepta sapientia omnē quoq; in
quantū est possibile delectationē carnis extinxerit.
Nisi enī carnis delectatio esset in renibus. psalmista
minime dixisset. Ure renes meos I cor meum. Aq̄
igitur ad renes uenit. cū dulcedo sapientie etiā in
centiua carnis interimit. ut ea que urere mentem
poterant delectationis incendio frigescant. Qui ad
huc mensus est mille. torrentem uidelicet quē
ꝓpheta ꝑtransire n̄ potuit. de quo etiam dicit.
quoniā intumuerant aque ꝓfunde torrentis qui
non potest transuadari. Percepta nāq; ꝑfectione
operis ad contemplationē uenit. In qua scilicet
c̄tēplatione dū mens in altū ducit. subleuata uidet
in deo quia n̄ potest penetrare quod uidet. Et qua
si tangit aquā torrentis quā ꝑtransire non ualet.
quia & intuet speculando quod libeat. Itamen
hoc ipsum ꝑfecte non ualet intueri qd̄ libet. Pro
pheta ergo ad aquā quandoq; ꝑuenit quā n̄ per
transit. quia ad contemplationē sapientie cum ad
extremum ducimur: ipsa eius inmensitas que ex
se hominē subleuat. ad se humano animo plenam
cognitionē negat. ut hanc I tangendo amet. Itam̄
nequaquā per transeundo penetret. Beatus igitur
iob hec incrementa uirtutū quia distincte per